

*Tesquidecas thesium,*  
**DE CERTITVDINE**  
TERMINI VITÆ, SINGULO-  
RUM HOMINUM,

*Horis succisvris orthodoxè traditarum,*  
*Christo, vita nostra, fortunante,*

M. P. MYRSCHÆO, Scholæ Stolp.  
Rectore, moderatore,

GERSONE PVTKAMERO } 8. die {  
ANDREA PROLEO } 12. Kal. { Decemb.

*Respondentibus,*

In Stolpensium Pomeranorum Schola;  
disputationibus publicis, examinatorum.

ὁ κενόμενος τῶ ἀκρίτως κενόνῃ.  
Hec extensa putas nimis? Hem! sacra Biblia specta:  
His meliora doce, aut ea non contemne sequentem.  
Clam taxas? coram docear verbóve sylóve.



DANTISCI

Ex Officinâ Typographicâ Andreae Hünefeldi.



Doctrina, de vita humana termino,

AC EPITAPHIA DUO,

Memoria Pientissima,

Nobilis infantis *MARIÆ*,

Strenui, Magnifici ac nobilis Viri,

**DN. JOHANNIS A MILTITZ,**

Illustrissima Heroina ac Ducis, Domina *ERDMVDS*, ex sereniss. Electorum  
Brandenburgicorum profapia, oriundæ; ac Illustriss. beatiss. memor. Principis ac  
Pomeranorum Ducis, *DN. IOHANNIS FRIDERICI* &c.

Domina vidua, aula, quæ *Stolpæ* Pomer. civ. præfecti cor-  
datissimi ac spectatissimi, hereditarij in

*MILTITZ,*

NEC-NON

**NOBILISSIMÆ, IVXTAQVE VIRTVTVM, FOEMINAM**  
commendantium, decore, plurimum conspicua,

**VERONICÆ MASSOVIÆ,**

Conjugum felicium legitimæ filiolæ;

25. Octobr. intr a 11. ac 12. merid.

anno reDeMptoris IesV Christi,

Quoad sanctificatam Animam, ex immundi mundi cunis, ad aula cælestis  
palatia, mortis interventu, translata,

Quoad corporales exuvias, in ædem B. Iohannis, quæ illas, quippe à primo  
inde Evangelicæ reformationis tempore,  
primas excepit.

30. Octob. h. e. quinta post obitum luce; ad bustum,  
religiosâ pompâ deducta,

*STOLPÆ*

M. *PETRI MYRSHÆI*, Scholæ Rectoris,

quò humiliore, eò officiosiore calamo,

structa ac dicata.

ces permanent minus, Jobi 14 v 32. Impius in die NON SVO, hoc est, quo nihil  
minus, quam obitum meditabitur, SVCCIDETVR. Et Psal. 55. v. 24.  
Viri dolosi & sanguinum, (item fures robusti, & latrones, quando afficiuntur sup-  
plicio, naturaliter validi,) non DIMIDIABUNT DIES suos: SUOS  
scil. vana spe, secura imaginatione, aut fallaci, ex naturæ viribus  
captata divinatione, longævitate, qua carnaliter occupati, terrestribus in  
bonis, & voluptatibus, dolose & sanguinarie acquisitis, annos multos, ad minimum  
60. 70 vel 80. quos aliqui attingere videntur, se exacturos, autumant, ut dicitur  
ille Luc. 12.

9. De longævitate, quatenus ea, secundum hujus seculi conditionem, anima-  
bus sit profutura, illustres Jehova, promissiones edidit, Exod. 23. v. 26. Deut.  
30. v. 20. Psal. 90. v. 15. & 16. Proverb. 3. c. v. 1. & 2. c. 4 v. 10. c 10.  
v. 27. Pondus earum, David, Psal. 20. v. 5. & 2. Reg. 24. v. 16. 17. 25.  
Moses & Aaron pro populo perdendo deprecantes, Num. 16. Paulus morbo le-  
thali laborans, 2. Cor. 1. v. 8. 9. Nec-non, quod ante memorare in animum in-  
duseram, Ninivæ resipiscentes, Jonæ 3. v. 5. & ult. experti sum.

10. Participes illarum facti fuissent, primævus & originalis ille mundus,  
Genes. 5. Sodomitæ, Genes. 18. v. 22. Luxuriosi, Eccl. 37 v 32. 33. 34. Si  
rectius victuri, & acturi fuissent penitentiam. Illam quippe Dominus previdisset,  
ac alias vitæ ipsorum metas fixisset: Nequaquam verò, quocumq; res modo cecidisset,  
Deus in sua præscientia ac providentia, deceptus fuisset.

11. Ezechias Rex, de quo 4. Reg. 20. v. 1. & c. 2. Paral. 32. v. 14. Esa.  
38. v. 1. & seqq. *NATV RALLIER*, & per causas secundas, ut pestilentiæ  
morbi vehementiam, medicorum desperationem, ipsius Ezechia opinionem, exter-  
norumq; verborum denunciationis tenorem, defecerat, & finem *NATV RÆ*, ut  
narrare placet hominibus, attingerat: Verum, si æternum Dei consilium, & præ-  
scientiam ejus, quæ falli nullo modo potest, respectes, ad finem sibi præstitutum non  
pervenerat: nec ei tunc temporis moriendum erat. Sed potius illa denunciations,  
seu *TENTATIONE*, (quemadmodum *Osiander* in Bibl. Tubing. editis, ex 23.  
Cap. Genes. de mactando *Isaaco*, annotat.) iacitè docebatur configere cum morte,  
mortis terrores vincere, fidem & humilitatem excitare, & precibus sibi impetrare  
& applicare, id, quod Deus ante mundi constitutionem se illi factu-  
rum, præciebat, & in sua voluntate servabat, perhibet August. libr. 6. de  
Genes. ad lit. cap. 16. Secundum Doct. *Mof. Pflächer*, Conc. 7. de  
Morte, & c. Idem August. ibidem attexit: Secundum causas illas, quæ  
sunt in voluntate & præscientia Dei, & c. tunc erat *FINITURUS*  
vitam (scil. Ezech.) quando *FINIVIT* vitam. Si etenim ille futurus  
fasset impius, & non Oraturus, tum id ipsum vidisset Dominus, & proinde alium  
ibi (ab æterno) constituisset terminum, quam quem, pius existens, (Cæst. expletor

anests, priora vita super additas,) est sortitus, ait D. Humius, in Bibl. Tra-  
bing. & Tractat. de Provid.

12. Additi porro illi 15. anni fuerunt, non diebus divinitus infallibiliter  
decretis: Sed illi fini, quem causa in natura posita, regi impositura videbantur.

13. Deducuntur homines universi ad terminum à Deo praesixum, non IM-  
MEDIATE, sed certa mediorum, & PLURIMUM, rerum naturalium, &  
humidi radicalis, primigenij, calorisq; nativi, illi respondentis, & ex alijs  
rebus & beneficiis, & alijs vel conservantibus vel destruendis causis, quas ipse  
primus, liberrimi arbitrij motor, gubernat.

14. Attingitur curriculi vite scopus atq; meta, à singulis, ipso Deo vel EFFI-  
CIENTE voluntarie, vel certo consilio PERMITTENTE, ut ex cadibus, quas  
homo fortuitas nancupat, & ex alijs, violenta liberorum Jabi internecione, &  
similibus, perficere datur.

15. Quod 1. Praescientia Dei, rerum praesixarum non sit causa; nec praesixio  
ajus necessitatem afferat futuris eventibus. 2. quod duplex in sacris Sc. extet lon-  
gavitas. 3. quod ABBREVIARE, hoc est, actibus suis enormibus, Deo pra-  
scribere causam, abbreviandi vitam, seu vite terminum opinione humana breviorum  
constituendi, seu nonnullos subito interire casibus pernitiendi, temerarium  
& contra hominum petulantia, sit ac fuerit, in ipso disputationis gemina astu-  
tiosorum argumetorum confictu postulante,  
monstratum est.



Orissima cujuscuq; hominis dies, momen-  
tum, seu minutum, (ut D. Georg. Weintrüb  
Conc. 19. super can. Eberii & Rex Jesu  
Christi/ ecc. ait) obitus, ac mortis, certo mun-  
di loco appetenda, genus, Deo non modò cer-  
tissime, praesensissime, & ab aeterno quidem  
notum est: Sed etiam ab ipso, numeratò, ac  
praecise, (hoc dextrè intelligas ex sequenti-  
bus) definitum.

2. Sic etenim authentica divinarum  
scripturarum veritas nos edocet. Psal. 31.  
v. 16. In Dei manibus tempora nostra. Et  
Psal. 37. v. 13. Dominus prospicit, quod & niat dies eius, scil: Impij. Et v. 18.  
Novit dominus dies immaculorum. Psal. 139. v. 16. In libro tuo (Domine,  
scripti dies omnes, qui futuri erant, cum nondum unus extaret ex illis. 1. Paral. 7.)  
v. 11. Naïan ad Davidem: Cum impleveris dies TVOS, ut vadas ad patres  
tuos &c. Salomon in Ecclesiaste, cap: 3. v. 2. Tempus nascendi, & tempus mor-  
tendi, scil: à Deo praedeterminatum est. Luther: circa hæc verba: Non potes  
vivere diutius, quam Dominus praescripsit, nec CITIVS mori. Sed, inquit,  
multi sua sponte & temeritate pereunt, alioqui diutius victuri, aliqui vivas se pra-  
escripserunt, &c. ammon potuerunt vitam servare? Respondeo, NON: Deus de-  
dit illam horam, & etiam media illa, & id genus mortis, quod &  
experientia docet, &c. Album calculum D. Sacci, recognoscas in homilia, de  
filio vidua in Naïm &c. Ecclesiastici 17. v. 2. & 3. Deus iterum couvertit illum  
(hominem creatum) in ipsam: (terram) NUMERVM dierum & tempus illi  
dedit. Lutherus: Quid bestimmet sibi die zeit des lebendes. Et cap: 37.  
v. 28. Vita viri in numero dierum: Lutherus verius: Ein jeglicher Mensch hat  
seine bestimpte zeit zu leben. Job 14 v. 5. Determinati sunt dies ho-  
minis, NUMERUS mensium ejus, apud te est: (id est, in arcano  
tuo judicio & impervestigabili tuo consilio, secundum D. Stimmeliu.) Consti-  
tuisti terminos ei, qui praeteriri non poterunt.

3. Terminus autem ille temporis, necessitate consequentis necessarius: certus  
est, & perfectissime cognitus: Non hominibus. Genes. 27. v. 2. Proverb. 27.  
v. 1. Ecclesiastæ 9. v. 12. Luc. 12. v. 40. Marc. 13. v. 32. 33. Act. 1.  
v. 7. 1. Thess. 5. v. 2. 3. Ut semper, propter diem unum, religiose observent  
omnes; vocationi invigilantes, tyrannorum minas crudeles floccifaciant: Ordina-  
tia media magni estimant, ac usurpent: Sed Deo omniscio Jer. 25. v. 24. & im-

utabili, Num. 23. v. 21. Malach. 3. v. 6. qui, cum gressus nostros dirigat.  
Jerem. 10. v. 23. Proverb. 16. v. 9. curet vitam & necem passerulorum, quibus nihil vilius, Matth. 10. v. 29. & 31. capitum nostrorum capillos, quibus nihil obiectum, numeraverit, ibid. v. 30. Quidni major ac certior ei, de dierum nostrorum numero, vitæq; termino, sit cura? Luc. 12. v. 6. & 7.

4. Et quidem certitudinis **NON ABSOLVTA** seu fatali, absoluto, nescio quo, Dei decreto, fundata, cura considerationem pietatis vel impietatis, & absq; omni ullarum causarum secundarum respectu, fixa & constituta:

5. Sed **RELATIVA**, qua promissionibus & comminationibus divinis, in eloquio Jehovæ ἀποκρίσιμα, expressis, innuitur.

6. Deus etenim extra temporis intervalla, in illa æternitatis sua luce, ac Vno, perpetim fixo, citraq; prioris & posterioris intuitum, durante **HODIE**, Psal. 2. v. 7. Mich. 5. v. 2. Act. 13. v. 33. 2. Petr. 3. v. 8. causarum naturalium, vel naturaliarum, & earum rerum, quæ forinsecus homini eveniunt, diversitatem præscivit: Potissimum verd, preces fideles, aut securitatem, & precum omissionem: in animi perturbacionibus consolationem, spem, respicientiam, &c. vel desperationem, numinis, tentationem, & ἀποχρηστικῶν; mediolorum legitimorum, ut in morbo medicamentorum, Syr. 38. in bello armorum & armatorum, 1. Macc. 9. & 12. in periculis, fuga & cauta evitacionis, usum aut despectum, Syr. 3. erga verbum Dei revelatum, seu promulgatas leges, obedientiam vel contumaciam, singulorum hominum nondum genitorum, prospexit: & in designanda illa vita meta, longævitatem salutarem regulariter decrevit, ac individuis probis & electis promisit: Mortem præmaturam, comminatus est, ac in antegressa malitia penam, prædefiniendo improbis.

7. Sententia huc Orthodoxæ lumen & columnæ afferens Testimonia & Exempla. Deut. 5. v. 16. Lex Domini est: Honora patrem tuum, & matrem tuam sic ut præcepit tibi Dominus Deus tuus, (Exod. 20. v. 12.) ut longo vivas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi: Ecclesiastici 3. v. 9. ut superveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo maneat: Ephesi 6. v. 2. Vi bene sit tibi. Siquidem longæva vita in terris, sine felicitate, acriorum panarum accumulatio est Psal. 119. v. 156. Matth. 5. v. 45. Rom 2. v. 4. & 5. Esa. 26. v. 16. 1. Corinth. 11. v. 19. Jo. suæ 23. v. 7 & 13. Judic. 3. à vers. 1. usq; ad 5.

8. Absolon autem persecutor in exilium eiecit patrem. Scelus hoc, ex perverso Absolonis animo, in tempore erupturum, Jehova ab æterno prævidit, ideoq; in temporalem tunc ἀποκρίσιμα panam, cum præfixit vitæ ejus terminum, quem florens ætate, ramis quercus casarie involutus, & capite adherens, tribus lanceis à Joaba transverberatus, meritis sensit, 2. Reg. 18. v. 9. & 14. Usque aded vera-



## ANTIQUA DOMINORUM A MILITIZ INSIGNIA, INFANTI huic MARIE defunctæ, per sermocationem, accommodata.

Siquid avita notent **INSIGNIA** sexu utriusque:  
Infanti ac teneræ mi quoque signa forent,  
**CORNUA BINA** docent robur, quod cælitus hausti,  
A Domino, in parvis qui solet esse potens.  
Is velut è **CORNU** pinguedine flaminis almi,  
Unxit me fragilem, fovit & auxit ope.  
Quâ solidata tui languoris pondera, vires  
Instar habens **TRABIUM**, quas onus usque manet,  
Est quoque Majestas, victoria, gloria, regnum,  
**CORNU** monstratum nomine, sacra vide.  
Quam bene conveniunt mihi singula! terrea vici,  
Cum superis victrix, regna beata colo.  
Quattuor aut **TRABIUM NIGROR** me quomodo spectet?  
Ac **TOTIDEM CAMPI**, quos suus **ALBOR** habere  
Haud nutæve stupève anceps, aptissima cernis:  
Est fererrum quadrupes, cui **NIGRA** & **ALB** reges.  
Corporis articulos quadratum atrumq; sepulchrum  
Excipit, in cæli mens **NIVÆ** arce **NITET**.

*Ipsa MARIÆ, AMARI Calamitosique  
status piorum, speculum, sui nominis inter-  
pretatione, oculatioribus  
presentat.*

**N**umine quin summo nomen mihi fata *MARIÆ*  
Indiderint, sano sit dubitare nefas.  
Secula ut *Amrami* ac *Moyfis* per-*AMARA* rigebant,  
Atque *MARIÆ* ortæ nominis auctor erant.  
Utq; novo nova crux sub fædere, deinde futuræ  
*Mesiæ* matri, nomina *AMARI* dabat:  
Sic genitam mundi sub *AMARO* sine, *MARIAM*  
*MILTICIAM* placuit me vocitare patri.  
Partus, & ortus, & actus *AMARUS*, & exitus, omni  
Est homini, in cæli culmine *DULCIS AMOR*.  
Hæc quia non potui infanti depromere lingua,  
Nominis ignavi, numine ducta *DEI*.  
*Alia* vita vale, princeps que parens que valere,  
*Cælica* vita lave, Dux Deus alme bea,

